

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschieden] 1559**

Scena V.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

Id modo dic, abisse Dorum. Py. ita faciam. Do. sed uideon' Chremem?

Thais iam aderit. Py. quid ita? Do. quia, cum inde abeo, iam tunc inceperat

Turba inter eos. Py. aufer aurum hoc: ego scibo ex hoc, quid fiet.

## ACTVS QVARTI SCENA V.

CHREMES, PYTHIAS.

Ch. *T* at, data hercle uerba mihi sunt: uicit uinum quod bibi.

*At dum accubabam, quàm uidebar mihi esse pulche sobrius:*

*Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum officium facit.*

Py. Chreme. C. quis est? ehem Pythia, uah quanto nunc formosior

*Videre, quàm dudum?* Py. certe quidem tu pol multo alacrior.

Ch. uerbum hercle uerum hoc est: SINE Cerere & Libero friget Venus.

sed Thais multo ante uenit? Py. an ne abiit iam à milite?

Ch. iam dudū, ætatem. lites sunt inter eos factæ maxumæ.

Py. Nil dixit tum, ut sequere sese? C. nihil, nisi abiens mihi innuit.

Py. Eho, non ne id sat erat? C. at nesciebā id dicere illam, nisi quia

E V N V C H V S

Correxit miles, quod intellexi minus: nam me extrin-  
sit foras.

Sed ecclā ipsam uideo: miror, ubi huic ego anteaorterim.

ACTVS QVARTI SCENA VI.

THAIS, CHREMES, PYTHIAS.

Th. Redo equidem illum iam affuturum esse, il-  
lam ut eripiat: sine  
c Veniat: atqui si illam digito attigerit uno, os  
culi illico

Effodientur, usque eò ego illiū ferre possum ine-  
ptias,

Et magnifica uerba, uerba dū sint, uerū enim si ad rem  
conferentur, uapulabit.

Ch. Thais, ego iam dudum hic assum. T. omi Chreme, te  
ipsum expectabam:

Scin' tu turbam hanc propter te esse factam? et adeo ad  
te attinere hanc

Omnem rem? C. ad me? qui? quasi istuc. T. quia dum  
tibi sororem studeo

Reddere, & restituere, hæc atque huiusmodi sum mul-  
ta passa.

Ch. Vbi ea est? T. domi apud me. C. ehem. T. quid est?

Educta, ita uti teq; illaq; dignum est. C. quid ais?

T. id quod res est.

Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quic-  
quam pretij.

Ch. Et habetur, & referetur à me Thais tibi, ita uti meri-  
ta es,